

August Varenius Heinrich Vulpius

**[...] id est Decas Septima Illustrimorum Locorum Libri Bereschith, in Pharaschas
Vaiischlach, Vaiescheb, Mikketz**

Rostochi[i]: Richelius, 1668

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772387184>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 17.Mai 1668

Varenius, Aug.

בְּחֵמֶת מְרִיבָה שְׂמִינָה
id est

3.

DECAS SEPTIMA
ILLUSTRISSIMORUM LOCORUM
LIBRI BERESCHITH,

in
PHARASCHAS
Vajischlach, Vajescheb, Mikketz.

Quam
בעֲוֹרַת הַקְּבֹרָה
In illustrissima Academia Varno-Balticâ

PRÆSIDE
Clarissimo & Excellentissimo Viro
Dn. AUGUSTO VARENIO,
Liter. Hebr. Prof. ord., SS. Th. Doctorando,
Præceptore & Promotore suo, omni honoris
cultu suspiciendo,

Publica disquisitioni exponit
HENRICUS VULPIUS,
Rostochiensis.

Habebitur in Auditorio majori ad d: 17. Maji 1768
ה'תקל"ח
horis matutinis.

✻ * ✻ * ✻

ROSTOCHI
è Typographéo Johannis Richelii, Sen: Typogr.
Anno 1768 LXXIX.



VIRIS

*Magnificis, Amplissimis, Clarissimis,
Consulissimis.*

Dn. JOHANNI LUTTERMANNO,)
Comiti Palat.

Dn. NICOLAO SCHARFENBERGIO)
J. U. Doct.

Dn. JOHANNI PETREO,)

Reip: Rostochiensis Consulibus eminentissimis.

Dn. REINHOLDO à GEHREN, J. U. D.
ejusdemq; Reipubl. Syndico gravissimo.

*Dn. Suis Patronis, Mecenatibus
& Promotoribus hac S. S. liter: rudimenta in aliqualem debitam observantiam & subjectionis declarationem officiosè offert & dedicat*

Henricus Vulpus,
Rostoch.



*Ad Eximium & ob singularem pietatem,
modestiam, & eruditionem sibi commendatissimum,*

DN. HENRICUM VULPIUM,
in Mosen publicè Respondentem.

Περὶ Φάωντος.


Sic est! Scripta Prophetarum versare diurnâ
nocturnaq; manu principium est Sophiæ.
Splendidus quantum lucent vaga sydera, quam quæ
in nostris floret parva lucerna focus;
tantò splendidus fulgent sacra sydera Mosis
atq; Prophetarum, quam Ciceronis opes.
Qui Trojæ cineres, qui, vanum nomen, Athenas,
Thebæve, aut nostris oppida vasta locis;
vel, qui Scipiades Italis animosus ab oris
verterit in proprium Punica bella caput
enarrant, vel qui ventosa per æqvora solvunt,
umbris luctantur, nec nisi nomen habent,
Scrutati Hebraos, sed, Præside Flamine, fontes
jam sancto plenum nomine numen habent;
Non Cyrum hic undis educimus, atq; Quirinum, ex-
postos mentitæ quos aluere feræ.
Quid Tartessiacæq; Tagiq; rubentis arenæ
Et Tyriis ardens purpura cocta focus?
sint procul hæ nugæ! Mosis sapientia spernit
id quod nos vanis ludit imaginibus.

Trans

Trans Phœbi, Phœbesq; vias, super ætheris orbēs
qværendum est verum, *luce regente, bonum.*
Exulat hoc, cujus studium, sunt *vensulus, umbra:*
vel qvemcunq; sui tollit ineptus amor.
Ergo tuam, *celebris,* VULPI, *Patris æmule,* mentem
Laudo, dum coeptum perficiatur opus.
Maeste tuâ virtute! juvet Te incumbere chartis
tèr sanctis, cui jam consuluisse, sedet
triste labran'em Rachel, modò Benjaminum
(namq; senectutis filium alter erat)
JOSEPHIq; *vices varias, luctumq;* JACOBI:
illius &, tria post somnia, grande decus.
Perge ita! magna licet superet via: perge! laboris
qui tibi principium est, hic quoq; finis erit.
Omnia qui se scire putat, nil scire, sciat, se:
Ut fiet alter *Anab.* quid tamen inde? *chesib.*

Augustus Varenius,
Hebr. Liter. Prof. ordin.
& SS. Theol. Doctorandus.
Disput. Praefes,





DECADIS SEPTIMÆ,

L O C U S P R I M U S.

Puerperium Rahelis,

Gen, xxxv. v. 16, 17.

Concl. I. Cujus nuper vidimus nobile cœmiterium, ejus nunc contemplabimur triste puerperium, Sanctę matronę in Israel, Rahelis: ubi post factam loci mortis & sepulturę in memb. 1. v. 16. brevem memoriam, accuratę describit Spiritus S. 1. dolorum puerperii gradationem in membr. 2. v. 16. & memb. 1. v. 17. 2. Obstetricis orationem in v. 17. 3. Dolorificam filioli à matre jam jam moriente denominationem. 4. Veri nominis à Patre Jacobo factam impositionem in v. 18. 5. Solennem funeris procuradtionem in v. 19. 20. in quibus singulis mira sunt verborum pondera.

Concl. II. Dolorum gradationem distinctis Spiritus S. exprimit vocabulis: dicitur enim 1. **וְקָשׁ בְּלִדְתָּהּ** id est, *Et difficultabat in parere illam*: (si ad verbum exprimas) vel uti optumę Luther. **Es kam sie hart an über der Geburt** / quod de dolorum vehementiorũ seu paroxysmorũ principio satis jam acerbo interpretamur: id autem quod 2. additur **בְּהַקְשׁוֹתָהּ בְּלִדְתָּהּ** de ipso dolorum progressu vehementiori etiam **עַר צָמַח נַפְשׁוֹ** id est, *ad usq; dum egrederetur labor ancis Rahelis anima*, quo sensu rectę, id quod secundo loco dicitur, expressit Tr. Fuit verò cum difficili amplius partu uteretur. German. *Da es ihr aber immer schwerer oder schwerer ward über der Geburt.*

*

Concl. III.

Concl. III. Ad quam gradationem designandam, Spiritus S. di-
 stinctè ponit 1. verbum in conjug. Pihel. 2. In Hiphil: illud futu-
 rum formatione: at præteritum in significatione, idq; 1. conversivi &
 Patachati virtute: hoc infinitum, in radicis קטפ identitate, & cum
 alio infinito, dolorum continuam gradationem connotante, conjun-
 ctione. Notum autem est ex Grammaticis, conjugationem se-
 cundam, seu Pihel כנן הכבר seu conjugationem gravem, &c. at ter-
 tiam, seu Hiphil, כנן הכבר הנוסף id est, conjugationem gravem
 auctam dici Hebreis, quæ applicata ad Rahelis puerperium, mirificè
 illustrant textum: atq; ut id addamus, illius denominationis justum
 est in re ipsâ fundamentum.

Concl. 4. In tantorum dolorum paroxysmis, solatium tamen
 laboranti Raheli imprimere voluit sobolis masculæ nuntio, animosa
 obstetrix, vel המילדרת ($\eta\mu\lambda\alpha$) parere faciens, id est, partum pro-
 movens, & foetum ex angustiis hospitii materni extrahens, quæ pro-
 inde ad Rahelem: אמר תיראי (Græci unâ voce: $\tau\alpha\epsilon\sigma\delta$;) Ne ti-
 meto: nam etiam hic (est) tibi filius: vel נוסף לך ערס יוסף: etiam
 hic tibi ad Josephum accedit filius: adeoq; voto ad partum Josephi
 factio frueris: Tu modò hoc ipso (quem vides, tenello filiolo) tristes
 dolorosissimi puerperii agones, quantum potes, tempera.

Concl. V. Nec planè nullum fuit illud ipsi quoq; agonizanti
 Raheli solatium: etenim in egredi animam ejus (cum jam jam anima
 Rahelis egressura esset ex corpore ad Deum, qui dedit illam, seu cum
 jam egrederetur anima, nec multiloquium concederet dolorum vehe-
 mentia, & mortis præsentia, inexplicabili viscerum affectu tenerrimam
 aspiciens sobolem) vocavit nomen ejus: *Benoni seu Filius doloris
 mei* (hoc vult dicere Mosche: Rahelem, jam exhalaturam luctantem a-
 nimam, ad sobolem miserabiliter conversam, in hæc adfectus materni
 plenissima verba erupisse: *Benoni: Ach du bist mir ein Herzen-
 und Schmerzen-Sohn! Du bist mir ein rechter Ben-Oni!
 bey welchem ich nach so vielen aufgestandenen grossen
 Schmerzen die Augen zuthun muß.*) Nec enim in illo do-
 lorificæ mortis agone de proprio & perpetuo filii nomine sollicita
 fuit:

fuit: Sed id saltem, quam dolorificus sibi fuerit hic partus exprimere
voluit Sancta Rahel: matri sc. fuit: בן אננים: Patri autem qui demum
verum propriumq; nomen imposuit dulcissimus *Benjamin*.

LOCUS SECUNDUS

Benjamin, filius senectutis.

Concl. I. Triplex de Etymologiâ Benjaminis obtinet sententiâ,
I. illorum, quibus ימין est ex formâ Chaldaicâ plurali ut sit:
בן ימין id est, Filius dierum seu senectutis, *Ein Sohn der im Alter*
gezeuget/ quomodo expressè Gen. 44. 20. בן זקנים dicitur de Ben-
jamine: sed & ipse JOSEPH hoc nomine salutatur Gen: 37, 4 scilicet
hic fuit בן זקניו respectu fratrum coeterorum ex Leâ, & ancillis: Ben-
jamin autem respectu omnium. 2. Illorum quibus ימין est singula-
re: sed in significatione *meridii*, uti in Psal. צפון וימין בראתם
Septentrionem & meridiem creavisti, ut sit Benjamin idem quod: Filius
natus in plagâ meridionali, qualis est terra Canaan, in quâ solus omnium
filiorum natus est Benjamin, venientibus ex Mesopotamia, 3. Illorum
quibus Ben-jamin est *filius dextra*, i. e. filius dilectionis & roboris, quod
præcipuum in dexterâ, ut ostenderet Jacobus se forti animo hunc ca-
sum ferre, & vel dulcissimæ Rahelis memoriâ, unice hunc Benjami-
num deligere: Atque hæc posterior maxumè placet. Notamus o-
biter errantem Josephum, & distinctæ notionis vocabula confunden-
tem: Βενιαμιν ἐνάλεσσ, Ἀγὶ τῆς ἐστὶ αὐτῶ ἡρομπελα ὀδωύλω τῆ μη-
ρεῖ: non ita.

Concl. II. Proximum erat ut mortuæ Raheli de exequiarum
honore lamentabili prospiceret Jacobus, quod proinde fecit: *Sepulta*
(enim) est in viâ Ephrata, quæ nunc est Bethlehem: sed & statuam erexit
super monumentum ejus, cum inscriptione simplici, quæ sine consuetis
nostro tempore laudû Syrmatidis, olim obtinebat in Ebreorum funere:

מצבת קבורת רחל
Hac est status sepulcri Rabel, quam Inscriptio-
nem se suo etiamnum tempore in statuâ illâ legisse, testis Benjamin
Tudelenfis.

Concl. III. Quomodo XII Filii Jacob nati sunt כפרן ארם,
si Benjamin in terra Canaan? Resp. 1. nec vero numerus duodenati-
us ponitur in v. 26. sed tantum in simplici filiorum numero seu v. 22,
2. Cum undecim fuerint nati in Mesopotamia: duodecimi autem seu
Benjaminis patria paulò ante demum fuerit accuratè descripta, frustra
erat id repetere. Errant enim, qui id de conceptione Benjaminis in-
telligunt, absurda multiplicantes.

LOCUS TERTIUS

Gen, xxxvi. v. 24.

ענה מצאת ארזתים במדבר ברעות
ארזתים:

*Luther: Ana fand in der Wüsten Maulpferde/ do
er seines Vaters Esel hütete.*

*Vulg. Iste est Ana, qui invenit aquas calidas in so-
litudine cum pasceret asinos Patris sui.*

*Chald. ענה אשכח ירז גברית במדבר וגו'
i. e. Ana invenit gigantes in deserto.*

Concl. I. Rejicimus hic Chald. qui vocem ימים expressit vocegi-
gantum formidabilium, ac si esset pro אים per litera N vel a-
pharesin, vel cum י permutationem: etenim illa interpretatio non
convenit 1. vocis punctationi. 2. Vocis אים usurpationi. 3. Ra-
tionem. 4. Circumstantiæ additioni. Nec minus rejicimus Vulgati,
Aguas

Aguas calidas: quid enim voci ימים cum ימים? Et pone, legendum hic esse ימים quomodo ex inde fingere licebit *aguas calidas*? quas proinde illis relinqvimus, qui ex insigni κωμοληδία errores Vulgati præferunt fontibus. Nos cum Hæggaone vocem ימים per ימים explicamus, verbum autem נחשׁו de inventâ primò omnium Eqvi & Asinæ diversarum Specierum, admissurâ, unde nati Muli: cui convenit addita circumstantia sc. id factum esse *in deserto cum pasceret Patris asinos*, ad-
eog; probamus magnum Lutherum.

Concl. II. Sed obstreperit pro defendendâ Vulgatæ editionis αὐθεντία Del-Rio Jesuita. Nullum adduci posse locum ubi Jemim significet Mulos, ubi verò mare significet, innumera. Resp. E. adducatur locus unus, quod facere non poterit Jesuita, & præterea quid *mari cum aquis calidis*? 2. *Punctorum varietatem & pronunciationis diversitatem non esse idoneam causam mutanda significationis.* Resp. E. חלב & חלב: item ימים & ימים & in illustri loco Exod. 32, 18. illud ענור & ענור quæ tamen evidentè opponuntur, item in Ps. 110, 3. עמר & עמר quomodo pari errore per: *tecum* ibidem expressit Vulgatus, & mille alia, significatione non erunt distincta; quænam hæc barbaries? Id autem, quod supponit Jesuita *puncta extrinsecus esse addita, nec mutare textum*: Item: *posse nos pro lubitu puncta tollere, & aliter legere*, tanquam βλασφημίας in sanctissimam S. Spiritus scripturam manifestè rejicimus. 3. Obji. Hieronym. & Patrum consensus. Resp. 1. non curat bonus Interpres Scripturarum, quid dicat, vel Hieronymus, vel Eusebius, vel Diodorus, vel Theodoretus, vel Procopius, vel, qui toties venerabiliter nugatur, Beda venerabilis: Sed ipse ερευνᾷ quid dicat Spiritus S. 2. Ipse Hieronymus objicientibus sibi τῶν LXX. autoritatem: non damno, inquit, LXX. sed confidentè illis Apostolos præfero: per istorum os mihi Christus sonat &c. prol. pentateuchi. 3. Nec tamen, totius antiquitatis eruditissimus Hieronymus, hanc de Mulis expositionem, vel ignoravit, vel impro-
bavit.

Concl. III. Unde autem vox *calidas*? Resp. idem Jesuita: Noster

* 3

Inter-

Interpres *calidas* addidit de suo, qvanquam non sit in Hebreo: accedat enim aliquâ traditione tales fuisse, quales sulphureæ, vel medicatæ esse solent: quæ responsio non minus est ridicula, quam illius, qui explicaturus *dulce refrigerium*, reddidit eine *Rühe Lunge*/vel etiam, eine *Balber Lunge* / & hoc, nqvit, de meo. Dignus fanè, qui pro dulci refrigerio, pascatur *vacca pulmonibus* ad usq; mortem.

LOCUS QVARTUS

Gen. xxxvii. v. 3.

כתנת פסים LXX. χιτώνια μικίλων. Aquila: ἀσπαράλλειον. Symmachus: manicatam,

Lutherus: Ein bunter Josephs-Rock.

Concl. I. Describit hæc Pharascha תולדות יעקוב id est, quæ Jacobo in peregrinatione terræ Canaan obvenerunt, maxime in filiis, ut Josephi venditio, Judæ & Thamar incestus, &c. quâ ratione, optumè explicat vocem תולדות R. AbenEsra: מאורעות שאירעו לו. adducens locum ex Proverb. 27, 1. Inter illia eminet וסת מכירת יוסף seu Josephi venditio, cujus causa nimium & invincibile fratrum odium: hujus, partim nimia Jacobi erga solùm Josephum affectio, criminis delatio v. 2. tunica polymita continuè oculos lædens, & somniorum quibus non obscure dominium in cœteros fratres portendi videbatur enarratio. De illis vide v. 3. 4. de posteriori 5. 6 7. &c. *Dilexit* (ait Mosche) *Josephum præ omnibus filiis suis* (ex Lea & Ancillis) *quia hic filius senectutum* (in senectute & posteriori tempore, anno aetatis Jacobi 91. genitus: qvanquam aliter Chaldaus, qui per בר חכים reddidit) *erat*, & fecit ei כתנת פסים de quâ sic.

Concl. II. Nunquam reperitur פס singulari: sed tantum פסים plurale: nec hoc aliàs nisi cum voce כתנת idq; ter, hic scil. & bis 2. Sam. 13, 18. 19. ubi Thamari filia Regis tribuitur כתנת פסים & additur

ditur: Sic enim induuntur filix Regis quamdiu sunt virgines. Fuit igitur illa: vestis seu toga multicolor מצבעים רבים i. e. tunica figurata, variè colorata, seu variis herbis confecta, qualis pusionibus, infantibus & præcipuè virginibus communis esse solet: sed & nostro seculo juvenulis: Ein schöner bunter/ mit vielerley Art Seiden gewircketer vnd geblümeter Rock. Vulg. reddidit Tunica polymita. Non male.

LOCUS QUINTUS

Gen, xxxvii. 5. 35.

Oratio Jacobi.

Descendam ad filium meum lugens Scheolah.

Ich werde mit leide zu meinem Sohn hinunter in die Grube fahren.

Concl. I. Locum facilem difficilem reddunt interpretum varietates, & Pontificiorum perversiones. Ut de illo prius: Chald. Onk. retinet vocem שׂוּרָה, quod Talmudici scribunt שׂוּרָה, vel שׂוּרָה ut in trito illo: שׂוּרָה אֵינְסֵלָה דְּמִלּוּמָה לְכָר שׂוּרָה: Mortem vel sepulchrum charū & pulchrum esse instar vestimenti pretiosi ex lanâ meliorâ Domino diviti ad paupertatem redactō. Jonathan per קְבוּרָתָהּ id est, sepulchrum, quem sequuntur ex Hebreis Jarchi reddit: פְּשׁוּמוֹ לְשׁוֹן קְבֵר הָרָה: hoc obtinet in שׂוּרָה significatio sepulchri, ut sit sensus: in lactu meo sepeliar, nec consolationem admittam omnibus diebus meis: AbenEsra autem: Vox inquit שׂוּרָה idem est quod כְּסוּרָה: Ich wil hinunter ins Grab fahren: Porro: הַטֵּעַם id est, Significatio est קְבֵר vel sepulchri: addit: וְפֹה הַטֵּעָה הַמְתַּרְגֵּם לְהַטֵּעַם שְׂוּרָה גִּיהֵנָם id est,

id est, *Et hoc in loco erravit interpres ille* (Hieronymus, vel quisquis fuit Vulgatus ille) *errantium* (Christianorum) *qui vocem Scheol ab expressit per Gehennam.* Hactenus AbenEsra. *Quæritur an rectè veterem latinum interpretem redarguat AbenEsra?* Drusius id negat: *Non erravit, inquit, interpres: sed is qui eum reprehendit.* Breviter: Aut Interpres Vetus Latinus vocem *inferni*, in hoc loco accipit latè, pariterq; sicut Scheol in Scriptura Hebraicâ, & *αἴδης* in Dialecto Hellenisticâ: vel strictè pro ipso inferno damnatorum, vel quadam inferni regione pro animabus piorum. Si priori modò, non erravit: nec sic illum redarguit, uti apparet ex verbis Rabbinum, quæ proinde minus rectè citat Drusius: Si posteriori modo & verè erravit & rectè errantem redarguit AbenEsra. Ex Christianis: Vulgatus *in infernum*, id est, ait Lyra: *Ad limbum sanctorum Patrum, qui est superior pars inferni:* Ita & Alfonso Toftatus: *ad infernum: quia omnes anime descendebant in infernum ante Christi mortem: ita tamen ut quaedam essent in loco penali: quaedam in loco sinus Abrahæ, & in nullâ penâ sensu:* Eadem opinio Scholasticorum, ipsorumq; Patrum, qui ad illam inferni vocem velut attoniti fontiumq; ignari, facile descenderunt in *infernum*: ex ipsis tamen Pontificiis Hebraicarum literarum peritioribus discedunt à majorum expositione & de *sepulcro* hic accipiunt vocem Scheol Pagninus, Arias Montanus, C. à castro, Augustinus Stevchus in hunc locum: quorum hic: *Nihil, inquit, facimus ea, quæ de inferni superiore parte hic somniat Lyra: verè enim figmenta sunt, quæ de Limbo scribis hoc loco.* Lutherus redd. *in die Grube.* Quomodo & Munsterus per *fossam* reddidit.

Concl. II. Bellarminus probaturus *inferos esse loca profunda subterranea, à sepulcris distincta* in centro terræ: item animas ante Christi mortem non fuisse in cœlo: sed in inferno subterraneo, & piorum quidem in Limbo patrum: *Impiorum & infantium cum peccato originali discedentium, seu non baptizatorum, in inferno damnatorum: cœterorum in loco purgandorum seu purgatorias poenas luentium:* eorum supposito, anime Christi separate realem ad omnia illa inferni loca, descensum, & in illis mansionem sine pœna vel pœnalitate: Item: animabus justorum omnibus in Limbo: & quibusdam in purgatorio communiis

municatam tum demum beatitudinem essentialem, & ex illo carcere
 educationem, inq; coelum beatorum deductionem, & quæ alia sunt,
 de quibus nec ipsi Scholasticis cum Bellarmino convenit: & He-
 braicam vocem **שְׁאוֹל** & hæc Jacobi verba in acie ponit l. 4. cap. 10.
 & 11. de Christianima: in quibus Bellarminus 1. pessimè concludit se.
 Apud Hebreos *Scheol* contradistinguitur voci **קְבוּרָה**: apud Græcos
τάφος & **ᾠδης**: apud Latinos sepulcri & inferni nomina sunt distin-
 cta. E. *Scheol*, **ᾠδης**, infernus, notant loca subterranea, ipsam terræ
 centrum, in quo sint plures inferni regiones, quas inter Limbus pa-
 trum: quod verè est cadaver consequentiæ. 2. Id quod falsum est
 supponit scil. *scheol nunquam vel rarò sepulcrum*: aliàs ordinariè
 non nisi locum animarum subterraneum notare: 3. Circulum com-
 mittit: *Scheol* enim infernum & illam regionem inferni, quam Lim-
 bum Patrum vocant, non rarò notare probat ex Gen: 37, 35. At hic
 illum subterraneum specum notari probat ex voce **שְׁאוֹל** seu ejus si-
 gnificatione. 4. Malè arguit: Aut *infernum* hic notari aut *sepul-
 crum*. Non hoc E. illud: etenim 1. in disjunctiva datur tertium scil.
 ipse communis status mortuorum. 2. Non notari a. sepulcrum,
 probat: quia Jacob dicit se iturum ad filium, quem putabat mortu-
 um, & devoratum à feris, & proinde caruisse sepulcro. Argumen-
 tum tale est: *ille locus, ubi ex intentione Jacobi erat Josephus, nota-
 tur hic voce שְׁאוֹל. Sepulchrum non est locus ille &c.* E. Id non no-
 tatur hic voce **שְׁאוֹל** Resp. 1. Major si absolute & crasse sumatur, uti
 ab adversà parte sumitur, falsa est: *ad descensus enim Jacobi ad Jose-
 phum Scheol* a. veritatem, sufficit communis mortis status: non re-
 quiritur idem numero per omnia locus. 2. Limitamus igitur ita:
Ille status, in quo ex intentione &c. Atq; status communis mortuo-
 rum fuit ille, in quo ex intentione &c. E. 3. Salvator Johan. 5, 28.
Πάντες οἱ ἐν τοῖς μνημείοις ἀκούσονται τὸ φωνῆς αὐτοῦ. Juxta Bellar-
 minum non resurgerent nisi conditi in Mausoleis s. qui sunt in splen-
 didis monumentis. At per **ἐν τοῖς μνημείοις** notantur **πάντες οἱ νεκροὶ**,
 vid. v. 25. etiam si plurimi illorum nunquam tumulis conditi fuerint:
 quâ ratione idem de Josepho in tali maxime phrasi dicere poterat Ja-
 cobus. 4. Quæ argumentatio? *Jacobus descensurum se dicit ad fili-*

**

um su:

um suam. *Jacobus descensurum se dicit Scheolab.* E. Scheolah Jacob-
 bi est ubi seu $\pi\alpha\sigma$ filii Josephi: concludendum erat: E. quidam
 qui dicit se descensurum Scheolah seu in sepulcrum, dicit se descen-
 surum ad filium, per communem mortis statum. γ . Argumentatur
 contra: Ille locus notatur voce $\text{---} \text{---} \text{---}$, quod deducendi erant cani Jacobi
 ex Gen. 42, 38. & cap. 44, 29 & 31. Non Limbu patrum: sed sepul-
 crum est locus ille & c. E. non ille: sed hoc notatur voce Scheolah. & tota
 phrasis descendere Scheolah idem est quod mori, vel in mortuorum censum
 venire, sive quis tumulo condatur, sive non. Atq; ita V. illo falso, præ-
 supposito scilicet illud Scheolah explicandū de inferno, & ubi animarum,
 ita procedit: Pius erat Jacob, pius etiam Joseph, & tamen utrumq;
 non ascendisse ad cælum: sed ad inferos descendisse, significat Scriptura.
 E. Anima piorum non fuerunt in celo ante Christi ascensionē: sed in eadem
 cum animabus impiorum voragine, licet inter se multū distantes, Erroneo,
 uti apparet, res tota nititur præsupposito: nec quæ de limbo Patrum
 scholastici somniarunt, ex $\text{---} \text{---} \text{---}$ robur accipiunt, nisi reddas illud
 voce inferni vel falsè, vel incommodè.

Concl. III. Scheol esse à Schaal, & infaturabilis, semperq; plus ex-
 petentis rei significationem involvere, vel inde constat, quod in loco
 Prov 30, 16 ponitur in classe 4. infaturabilium: hinc illæ loqvendi for-
 mula: $\text{---} \text{---} \text{---}$ Esa. 5, 14. Chab. 2, 5. atq; hâc ratione ob-
 tinet in Scripturis 1. $\text{---} \text{---} \text{---}$ seu Infernus, ut ita loqvilletat,
Supra, vel quem experiuntur in hâc vitâ mortales, pii maxime, & de hoc
 Scheol valet illud: $\text{---} \text{---} \text{---}$ 2 Sam. 3, 6. hinc $\text{---} \text{---} \text{---}$
 2 Sam. 22, 6. 2. $\text{---} \text{---} \text{---}$ seu Infernus mediu, quâ ratione nunc pro
 sepulcro, seu $\text{---} \text{---} \text{---}$ & $\text{---} \text{---} \text{---}$ ceu terræ medio: abyssio:
 nunc pro communi morientium statu supponit vox Scheol vid 1 Reg:
 2, 9. El. 38, 10 18. Job. 14, 13. Eccl. 9, 10. Gen. 42, 38. & cap. 44, 31.
 Num. 16, 30. 33. atque huc aliquomodo refer Scheol Jonæ cap. 2. 3.
 3. $\text{---} \text{---} \text{---}$ seu $\text{---} \text{---} \text{---}$ i e. Infernus infra, quæ expressa sunt
 hujus nomina in SS Scripturâ Prov. 15, 24. & Deut. 32, 22. atque hoc
 commune est hospitium illorum $\text{---} \text{---} \text{---}$ seu qui mo-
 riuntur morte secundâ, quorum $\text{---} \text{---} \text{---}$ $\text{---} \text{---} \text{---}$ $\text{---} \text{---} \text{---}$
 $\text{---} \text{---} \text{---}$ $\text{---} \text{---} \text{---}$ $\text{---} \text{---} \text{---}$ vid. Apoc. 21, 8. In hoc
 inferno $\text{---} \text{---} \text{---}$ vid. perfecta ejus descriptio Esa. 30, v. ult.
 Prov.

Prov. 7, 27. Es. 3, 14. cap. 14, 15. Hof. 13, 15. atq; ex hoc inferno, suppo-
 sita illa per Christum redemptione, nulla liberatio: sed contra hic,
 quam in 1. & 2. valet illud לא יעלה שאל לך יורד Job, 7, 9. Primus est
 sanctorum: secundus omnium mortuorum: tertius damnatorum sta-
 tus peculiaris. Ut concludamus arduum locum, tria adhuc notamus 1.
 locum juxta literam ita fluere: Descendam ad filium meum, lugens
 Scheolah id est, *ἄλυστος* & *ἄναλις*, qua ratione vox *Scheolah*
 sequitur non *descendendi*: sed *lugendi* vocabulum, & fit totius litis com-
 pendium. 2. quicquid tamen sit hac de re, consulendum esse contex-
 tum. 3. Insigniter hic nugari supra nominatum Jesuitam, dum de
 particula על hic prolixè disputat contra illos, qui reddunt: *propter fili-
 um meum*, &: in Hebreo, inquit, non est כעבור: sed על quod inter-
 dum notat: Ad. O miserum! Et ubi oculi Jesuita, quividerere non po-
 tuerunt particulam לך?

LOCUS SEXTUS.

Gen. xxxvii. v. ult.

Potiphar.

Saris. Sar hattabbachim.

Duobus imprimis nominibus Potiphar Dominus
 Josephi describitur 1. quod fuerit סרוס. 2. שר
 הסבחים in uno v. ult. cap. 37. de quibus sit:

Concl. I. סרוס hic non simpliciter dicitur: sed cum addito, vel
 פיעה סרוס id est, *primarius Aulicus Pharaonis*, quomodo rectè
 Chaldaeus expressit per רבא דפרעה. Unus ex Magnatibus Pha-
 raonis. Scilicet rerum symbola sunt vocabula: Sicuti e. in Æ-
 gypti maxumè & Babyloniae regno, moribus ruentibus, factum est,
 ut qui Gynecæis praeiciebantur, castrarentur, & tamen hi ipsi ad ma-
 ximos dignitatum gradus, vel favore muliebri, vel meritis eveherentur,
 ita in Ægyptiacarum rerum descriptione vocabulum סרוס nunc ca-
 stratos, nunc aulicos, eosq; non rarò primarios, & magnates notat.
 v. 1. Sam. 8, 15. Jerem. 38, 7. Esth. 1, 10. Gen. 40, 1. 2. Reg. 23, 11.

** 2

Sic

Sic Potiphar, licet uxoratus, vocatur tamen פֶּרֶס vulgò *eunuchus*, cu-
bicularius. Lutherus: *ein Zimmerer*.

Concl. II. LXX. Translatio non nisi semel Jerem. 37, 29.
vocem פֶּרֶס reddidit per *Dynastam*: alias semper vel Σπυδων, vel
Ευνυχ. illi dicitur. Sic hoc loco Potiphar *spado* nominatur in e-
ditione τῶν LXX. Quæritur an id conveniat uxorato? Dubium
nullum est, quin Eunuchi Græcis & Latinis abominabiliores etiam
fuerint tanquam monstra, corpore & animo morbosa, ut vel ex Lu-
ciani Dialogo, cui nomen Eunuchos, & Claudiani Eutropio constare
potest. Spadonum autem appellatio nunc generalis est: nunc gre-
gi castratorum contra distincta, ut propriè tales sint, qui vel valetudi-
ne aliquà impediti, vel corporis vitio, liberis dare operam non possunt:
qualis an fuerit Potiphar, in medio relinquimus. Et tamen apud Poë-
tas maximè, Spadones & Eunuchi convertuntur: sic Eunuchos Cleo-
patræ, quos & propter multitudinem, & quod inter feminas Viri, &
inter Viros feminæ essent, & ex ædilitio edicto redhiberi olim possent:
Turpium morbo virorum contaminatum gregem, vocat Horat. Od. 37.
l. i. (quibus ut & feminæ Cleopatræ servire emancipatos Romanos,
& inter signa militaria circumferre conopea turpe putat idem Poëta)
Spadones nominat Epod. od. 9. sed & propter rugosam, imberbem
& anilem faciem rugosos ibid. unde similiter Eunuchorum antiquis-
simum apud Ægyptios usum, cumq; stantis & labentis illius regni
fuisse, abundè constat. Coeterum de variis Eunuchorum & Spado-
num in Pandectis Ebreorum generibus, alibi dabitur occasio commo-
dior dicendi: commendamus autem hic excellentissimum Ictum pa-
riter & Hebræum P. Cypreum in *de sponsali. c. 9.*

Concl. III. Sed quid, quod alio dignitatis nomine שר הטבחים
salutatur idem Potiphar v. ult. ? Resp. Lutherus: *Einen Hofmei-
ster*. Alii: *Principem coquorum*, quomodo Græci reddiderunt voce
ὑπομαγειρος: Munsterus: *Principem Laniorum, seu mactatorum*,
Rectius Vulgatus per: *Magistrum militum, & Chaldaus per*
רב קטוליה seu præfectum satellitum expressit. Sic Nebusar-
Adan, qui fuit Præfectus bellicus Regis Babylonix vocatur:
רב טבחים 2. Regum 25, 8. Jerem. 39, 9. *Der obrüste Feld-
herr. &c.*

LOCUS

LOCUS SEPTIMUS

Gen, xxxiii. v. 5.

והיה בכיב בלדתה אוחי

Luth. Und sie war zu Chesib/ do sie ihn (den Cheslah) gebahr.

Vulg. Et cessa vit ultra parere.

Concl. I. כ״ב h. l. non est vox appellativa: sed urbis vel loci propria, & convenit cum כ״ב Michæ cap. 1. Errat a. *Vulgatus:* bene autem vocem explicat Chaldaus, LXX & alii.

Concl. II. Sicut in Bibliis non reperitur כ״ב in formâ appellativâ, ita nec in illa obtinere potest *cessationis* significatio, quæ nec est in כ״ב radice: & præterea quid illud: *fuit in cessatione?*

Concl. III. Sed & obstat tertio verbum masculinum והיה *Et fuit ille*, quod juxta *Vulgatum* esse debuisset בכיב והיה *Et fuit illa in cessatione*, id est, & cessavit illa. Toties igitur errat ed. *Vulgata.*

Concl. IV. In *Luth.* Si una mutetur syllaba scil. *Sie* & redatur: *Und er (der Juda) war zu Chesib/ da sie ihn gebahr/* tota res erit plana. Verbo: absentia patris Judæ causa ponitur, impetorum à matre duobus posterioribus filiis nominum.

LOCUS OCTAVUS

Gen, xl. v. 13.

Luth. Ueber drey Tage wird Pharao dein Haupt erheben.

Concl. una. Memorantur in hoc capite חלומות & חלומות פתרון interprete Josepho, qui in utriusq; somnii interpretatione utitur phrasi: וישא פרעה את ראשו de quâ quid sit quæritur? Resp. נשׂא cum נשא recensionem seu numerationem capitum utcumque notat, uti constat ex Exod. 30, 12. Num. 1, 2. cap. 31, 26. ubi illam נשא את ראש Paraphr. Chald. per חושבן קבל: Jarchi per קבל נשא את ראש exprimunt. Patet hinc de toto loco: Adhuc tres dies sunt (vel uti Chald. בתוף תלת יומין in extremitate trium dierum)

** 3.

& recen-

& recensebit (inter aliorum officialium numerationem) Pharaō caput tuum (te quoq; in nomenclaturā Ministrorum aulae recensebit, & tibi quidem illa recensio erit recuperandae dignitatis pristinae occasio; illi verò alteri *Κυναρχου λωτῶ*, patibuli: nam) restituet te ad ministerium pristinum. Convenit Chaldaus qui illam phrasin *levandicaput* expressit per: *רִכְרֹךְ* *recordari alicujus*: quem planè sequitur Vulgatus: recordabitur Pharaō ministerii tui. Optumè: qui idem in v. 19. propter mutatum positum per accessionem unius particulae *מַעַר* mutavit interpretationem: Post tres dies auferet Pharaō caput tuum à te, ac suspendet te in cruce.

LOCUS NONUS

Gen. xli. v. 16.

Responsio Josephi:

בלערי אלהים יעברו ארת שלום פרערי:

Luth. Das siehet bey mir nicht: Gott wird doch Pharao gutes weissagen.

Concl. I. Quæ post triennium, quod integrum Josephus in carcere sustinuit, Josepho contigerint, eo Pharaſcha מִקְּךָ ordine proponit, indeq; nomen accepit: sunt autè illa 1. Somniorum Pharaonis interpretatio. 2. Josephi exaltatio cap. 41. 3. Fratrum Josephi in Ægyptum ablegatio cap. 42. 4. Josephi dissimulatio, cap. 42. & 43. ejus קוֹשִׁוֹת dum expedire intendimus, occurrit statim notatus supra locus:

Concl. II. Qui vocem בלערי conjungunt cum propositione membri secundi, peccant in Accentus: Atnach dignitatem regiam, faciunt autem id communiter Interpres, & in specie Vulgatus.

Concl. III. Qui vocis בלערי respectum ad Pharaonis propositionem (quæ est: *Tu, ô Joseph, simul audivisti somnia, interpretari posse diceris*) referunt, & in hac unâ voce perfectâ subsistunt, rectè faciunt. Respicit scil Joseph ad id Pharaonis postulatum: בלערי *sine meis id fit viribus*: etenim פִּהֲרֵי לֵאֱלֹהִים פִּהֲרֵי uti supra dixerat cap. 40.

v. 8.

v. 8. Deus est qui respondebit pacem (id est, illa quæ salutem, & publicam regni tranquillitatem facere possint) Pharaoni.

Concl. IV. Laudamus eo nomine Targum: לא מן חוכמתו
Das Kompt nicht aus meiner Weißheit her: ita vocem בלעדי
מאגפג' Porro: אלהן מן קדם יי ויהאב ית שלמא דפרעדה
Omnia bene.

LOCUS DECIMUS

Gen. xli. v. 40.

ועל פיך ישק כרל עמי

Luth. Deinem Wort sol all mein Völk gehorsam seyn.

Val. Ad tui oris Imperium cunctus populus obediēt.

Munst. Ad tui oris Imperium totus populus meus armabitur.

Chald. מן עמי id est, Juxta verbum tuum populus meus cibabitur. &c.

Concl. I. Verbum קשׁ in Significatione famosâ, & extra conjunctionem cum nomine קשׁ nunquam notat aliud, quam *Osculari* nunquam armare, vel armari: nec unquam cibari. Errant e. Chaldaeus & Munsterus.

Concl. II. Vera interpretatio est *de subjectionis osculo*: Ad os tuum, id est, ad sermonem tuum osculabitur, id est, osculum honoris & subjectionis tibi præstabit universus populus meus. Cum quo conveniunt, quæ rem, Luth. & Vulgatus. Sed & Munsterus: idem enim est, ac si diceret verbis Senecæ l. i. de Clem. in perf. Neronis: hæc tot millia gladiatorum, quæ pax mea comprimit, ad nutum tuum stringentur.

Concl. III. Inter osculorum genera olim apud Hebreos, aliisque populos usitata, obtinebat vel maxime subjectionis & honoris osculum, quod præstabatur tum aliàs, tum vel maxime in solempni novi Regis

Regis inauguratione, planè sicut nunc homagium. Osculabantur autem vel os, vel scapulam, vel manum, vel pedes, quæ circumstantiæ osculorum etiamnum variant pro varietate populorum. Vid. 1. Sam. 10, 1. 2. Sam. 19, 18. Psalm. 2, 12.

Concl. IV. Quandoquidem de osculis quædam diximus, omnia quæ in Scripturis Hebraicis memorantur, osculorum genera breui Tabulâ exhibebimus. Igitur occurrit 1. *Idololatriæ* seu Idololatriæ i. Reg. 19, 18. Job 31, 27. Hof. 13, 2. quale hodiernum in regno tenebrarum obtinet osculum imaginum sanctorum, siue illis præsent *Latriæ* siue *Dulie* cultum religiosum. 2. *Adulatorium*, *Judasæ* *Buss* 2. Sam. 15, 5 cap. 20, 9. 3. *Meretricium* Prov. 7, 13. 4. *Benedictorium* seu quod obtinebat in solemnibus, Primogenitorum maxime, benedictionibus Gen. 27, 26, 27. & c. 48, 10. 5. *Valedictorium* Gen. 31, 28, 55. 1. Reg. 19, 20. 2. Sam. 19, 40. 6. *Mythicum* idq; reciprocum *CHRISTI* & *Ecclesiæ* Cantic. 1, 2. & c. 8, 1. 7. *Inauguratorium* & *honorativum*, quod præstatur in solempni principis inauguratione, idq; vel ab inaugurante ut 1. Sam. 20, 1. vel subjectorum devotione, ut Gen. 41, 40. Psalm. 2, 12. 8. *Charitativum*, quod præstatur vel mortuis ex insigni affectu charitatis Gen. 50, 1. vel viventibus, iiq; vel *Collegis* Exod. 4, 27. vel cognatis Gen. 29, 13. Exod. 18, 7. vel aliis Amicis in firmamentum jurati fœderis 1. Sam. 20, 41. 9. *Maritativum* idq; in symbolum conjugii Gen. 29, 11. Cantic. 1, 2. 10. *Reconciliatorium* Gen. 33, 4. cap. 45, 15. 2. Sam. 14, 33. Atq; hæc Decade omnia, quæ in amplissimis V. T. Pandectis leguntur osculorum genera, proponuntur. Nunc Persarum morem ex Herodoto subjicimus. Illi, si pares sibi invicem occurrerent, sese mutuò osculabantur: si alter paulò inferior, genibus osculum dabat: si multò, prostratus veluti adorabat. At Romani in osculis etiam minori dandis minus parci, majoribus obvii, si tecto forte erant capite, illud apertereuntibus quoq; assurgere solebant, interdum verò venerationis causâ dextras osculari. Plura de præsentis materia dicere, per limites Disputationis nunc non licet.



v. 8. Deus est qui respondebit pacem (id est, illa q
blicam regni tranquillitatem facere possint) Phara

Concl. IV. Laudamus eo nomine Targum:

Das Kompt nicht aus meiner Weisheit her:

מאפי' ד'. Porro: יהי שלמא רפרעו

Omnia bene.

LOCUS DECIMUS

Gen. xli. v. 40.

ועל פיך ישק כל עמי:

Luth. Deinem Wort sol all mein Bo
seyn.

Vul. Ad tui oris Imperium cunctus pop

Munst: Ad tui oris Imperium to
lus meus armabitur.

Chald. על פימך יהון כל עמי id est, J
tuum populus meus cibabitur. &

Concl. I. Verbum נשק in Significatione famosâ,
tionem cum nomine קטף nunquam notat aliud
nunquam armare, vel armari: nec unquam cibari,
dæus & Munsterus.

Concl. II. Vera interpretatio est de subjecti
os tuam, id est, ad sermonem tuum osculabitur,
honoris & subjectionis tibi præstabit universus popu
quo conveniunt, quæ rem, Luth. & Vulgatus. Sed
dem enim est, ac si diceret verbis Senecæ l. i. de Clem
nis: hæc tot millia gladiatorum, quæ pax mea comprim
um stringentur.

Concl. III. Inter osculorum genera olim apu
osq; populos usitata, obtinebat vel maximè subjection
sculum, quod præstabatur tum aliàs, tum vel maximè

